

Μισογύς τε βαρυ δ' άπε φοροδίνος άης,
 Επισπασθεις γυερισιν αλημονες αμπλιάνται.
 Ούχ όον δ' κείν' άσας εν ύσσι κη αραπίδασιν
 Ωδ'ω σαρώνων, τας ύσαν αιθέρους Ζεύς
 Κύκλιος εις ύπ' άτας· χροδίδεν δ' τι ύμμα πηλ' άζον
 Αυ' όθι δ' Ερμείας λυρ'ω εύμολπον έσάδες.
 Ηποτε άγυγίας φήγες Ροδοσπίος Ορφ'ός
 Τ' άμ'όμης τε δ'ρύας, συφιλών τ' άποκόμματ'α πέφ'ων
 Ηγ'αγε, κη' άσάμ'ων φιλήκ'α σ'ήσε έξέθεα·
 Θ'σας τε συρεσούς θ'έλ'ζεν, κη' άμείλιχον άδ'λω.
 Ηνδ'ε χαει'όμ'ος μ'άσας εις όμ'ήγρειν άσ'ερον
 Στήθεζεν Κρονίδης, όλω'ω μετά μ'ίεσιν άσιδ'ά.
 Κείνης Σαρβύκλω έσαλ'γκιν άμ'ων έτόθ'ω,
 Ουραίνης ένδαλμα λήσης, κη' γ'ηομ'ονα φθόγγων.
 Τ'ω δ' άερα κη' άσάμ'ων κελών τε δυσ'ηεία έοί'ζεν
 Ρ'όμασιν άβ'ομά'τοις ήίδυεον έύδ'μ'ισας εις ήχ'ω.
 Ηδ'ων άδ'ομ'όλω, η' έπ'ά'τε ποι'όμ'ίεσ αιγ'ών
 Αμ'ελοαδ'ω ύμ'οις άγ'ωσιν έροτ'ία ήμ'ωλω.
 Ό'ια τε ήσ'εραφ'ί άδ'έρας κατέδ'ησεν εν άσ'κ'ω
 Αίολος άντομ'όλων άνέμων βαρυκ'οον ήνα,
 Κη' ήένιον δ'άσεν άλασίθεσιν δ'άκειν Οδυσα'ή.
 Τ'οια δ'ε σαλλώνων πολυειδέ'ι μήχ'ι π'ήζας
 Πνοι'ας ήλλομ'όμ'ας, κη' σ'ανω'άθεσ'ι κη' ά'ό'θ'οις
 Ηδ'ομ'όμ'ος τε έξ'έν, κη' έργ'ματ' άπ'ις'α τ'ήσασ'α.
 Τ'σάτιον δ' έπιθ'άς χρ'οσαυγ'ί'ι άρ'ματι Φείβε
 Αντιπ'όδ'ων άπ'ενόσ'ησας Ατλαντίδα γ'αίην·
 Ην δ'ενον κ'ό'νω'α Ποσειδάων' έν'άπ'ασ'ι
 Αντιβ'ίλω δ'ε' ύβ'εον εύγ'λάχ'ην ζ'εαίην
 Νόσ'φιν άφ' έσπερίων συφ'η'έμ'ω, άδ'μ' άκ'έλωδ'ων
 Ασά'ετι όκεαν'ό'ω παρεμ'ό'λλον'α μ'ά'ζ'η.
 Τ'έ'λο δ' άμ'αιβ'ό'ρ'ος, η'ά'ης άντίχ'ονος έδ'ας
 Δ'έρ'γμα'ι λυγ'μ'έω δ'ε'σ'ήσασ· πά'νω'α ν'όσ'ας,
 Δαμ'δαλέων τε φ'υ'ας βο'αν'ών, δ'ένδ'εσιν τε γ'έ'ν'εθ'λα.
 Ζ'ώα δ' όσα χ'ρόνα δ'ίαν ύσ'ήχ'εταμ· ήδ'ε μ'έ'λλ'ω.
 Όσα γε παμ'μ'ήτεσ'α βαδ'ά κ'ρύ'ψ'ασ'ι ύπο κ'ό'λ'πω.
 Επ'όμ'ωχ'ον φύσ'ιως π'ό'λετον, κη' έλ'λ'β'ον άδ'η'λον.
 Τ'όν δ'η' σ'υ κ'ρυφ'ίαν μ'ύσ'ης, κεν'ός δ' ύσ'αφ'ήτης,
 Π'ε'ό'ζ'ητος άνδ'ροσ'τοις άεσ'ή'λωσ' ιδ'μ'ω' έθ'ηκ'ας.
 Χ'ά'ηε Κολυμ'νιάδ'ων βαδ'υδ'ήζ'ων κ'ύδ'ος άγ'αυ'ών,
 Τηλαυγ'ές Ζ'εφ'ης φ'άος· όμ'μασιν άπ'λαν'έσ'σι
 Λυγ'ός τ' όχ'ύ'τεσ'ον, κη' δ'ε'νω'πό'ι δ'ε'άκ'ον'ός
 Π'ά'νω'α δ'ιοπ'ά'μ'ωρος, τ' άφαν'ή τε σαφ'έσ'α φ'αί'ων.
 Χ'ά'ηε μ'οι ά'ν'θ'ις, χ'ά'ηε· σ'έ'θ'εν κ'έ'λος ύπο' ό'λά'ται·
 Αυ'ά'ρ' ά'ά ζ'είδ'ωρος άρεσ'α, κη' άδ'μ'α θα'λάσ'ης,
 Αρ'η'γ'έ'ι τε έσ'α π'ηγ'ών, ποταμ'ών τε έξ'έθεα
 Ούνομα φ'θ'έζ'ονται γ'εσ'ε'ν· κη' άφ'όδ'ων εύχ'ος
 Ωκεί'ας π'ε'ρ'ύγ'ασ'ιν λυγ'ωνά'ν'οι'ες άπ'τα
 Επ'θα κη' έν'θα ό'ισ'ασ'ι δ'ι ή'ερος ή'σ'ιον ύ'φ'ας·
 Χ'ά'ηε, σ'έ γ'ά'ρ' σ'φετέ'ρ'ω όμ'άφ'ωσ'ιν έφ' άμ'ά'λι Φ'ό'λος
 Ημ'ε'τεσ'αν τε κη' Αντιπ'όδ'ων δ'νοφ'ε'ρω π'ε'λ γ'ά'ισιν
 Ευκ'λε'ής σ'εφ'ά'νω μ'ή' πά'σι τε'ιμ'ό'λον ά'ζ'η.

Τ'δραυ'ικ'ά.

Τ'πομ'ήμ'ατα
 εις τε Η'ρωος
 σ'ιδ'ματ'ικ'ά.

Τ'ω'ν έξ'ο'λοκ'ά
 ζ'ώων κη' φ'υ'ών
 έσ'ορ'ία.

ΑΟΥΚΑΣ Δ ΟΑΣΤΕΙΝΙΟΣ;

ILL.^{MO} ET REV.^{MO} PRINCIPI
F R A N C I S C O
B A R B E R I N O
V R B A N I V I I I . P O N T . M A X .
 EX FRATRE NEPOTI
 S. R. E. CARD. AMPLISSIMO.
FABIVS C O L V M N A L Y N C E V S F E L .



IN telis, ait Seneca, eadem ferri vis est: sed infinitum interest; vtrum excusso lacerto torqueantur, an remissa manu fluant. Scin' quid dicam *Illustrissime Princeps*? Quicumque hic studia tractant, & variarum scientiarum pelagus nauigant; hi, quem in litteris quaestum fecerunt, & profectum, eum apud *Tuam Celsitudinem*, ceu litterarum, litteratorumque Arbitrum & Patronum, velut mercem in portu exonerant. Verum multum interest, quam id quisque faciat feruente animo: Ac vt de alijs nihil iudicem, cum ob animi Tui excellentes dotes, & Heroicas virtutes notissimas mundo tantum non vniuerso, multos in amorem allicias, multos in obsequium; mihi soli constat, quam non solum Te ego, sed *Lyncei* omnes obseruantissimè colant, cultu quantumuis meritis tuis adhuc inferiore. Quare cum nuper *Excellentiss. Princeps Casius Litterarij nostri Instituti Auctor*, ingenij vela me erigere, & ad noui Orbis plantas, ac Medicinæ materiam lustrandam iusserit iter capeffere: rediens modò ex alto, quem huic nouo operi *Annotatiunculis* succinctis illis quidem, sed *Botanicis*, vti spero, non penitus inutilibus, quaestum acquisiui, eum apud *Te Academia Lynceorum* praecipuum *Patronum*;

Bbbb 3 num;

num deponere, tuoque honori, & nominis celebritati inscribere commoneor, qui memini aliàs tum *Lyncæorum cæterorum*, cum meas quoque lucubrationes, ab acerrimo Tuo iudicio retulisse benignam, & albam fabam. Munus, fateor, paruum est, & opusculum non quàm vellem fatis elimatum, sed quod hoc solo nomine placitum sperem, quoniam à Typographi prælo inter forensium litium molestias tumultuariò expetitur, & compositum, atque à calente animo ad Te veluti excussum, & directum est. Illud enim *Senecæ* etiam mihi insufurro: Placere solent quædam, etiam non diu duratura, dummodo præproperè nata. Sic nempe gregalia poma etiam post paucos dies itura in fastidium, delectant, si prouenere maturius; Vale *Illustrissime Heros*, & meos & *Academiæ* laudabiles conatus, quod facis, promouere perge. *Neapoli* Kal. Iunij 1628.



FABII COLVMNAE LYNCEI

In Rerum Medicarum Nouæ Hispaniæ
NARDI ANTONII RECCHI
MONTECORVINATIS
MEDICI REGII VOLVMEN.

ANNOTATIONES ET ADDITIONES.

Libro primo. cap. I. pag. 2. Ad lin. 7. Post verbum permissum.



ALTERI sanè Magno Pompeio: imò Maximo existimando. Qui non modò suum auxit Imperium, sed & Subâitas sibi Indicas nationes, ut etiam Romanum Pontificem agnoscerent, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ parerent, effecit. Illudq. magis, non reperis Commentarijs, ut hominum omnium saluti consuleret, confici rerum medicarum volumina, qua illis regionibus experimento viles prædicarentur, demandauit. Qua nunc in manus omnium Illustriss. & Excellens. Federici Cæsij sancti Angeli Principis & Montiscælij Marchionis, omnium scientiarum genere ornatissimi, Lyncæorum Institutoris ac Principis liberalitate, magnificentiâ, ac sedulitate perueniunt, Principis tantæ Regis imitatoris: cuius etiam iussu hac nos qualiacumque sint, libenter notauimus, ut pro virili laudatissimam litterarum culturam promouentes, nostro Principi obsequium præstaremus.

In fine cap.

Laudandus profectò est Auctor noster, qui non modò eruditè ac methodicè, sed eleganter ac facile noui Orbis medicamenta, non pauco labore concinnata, latinè descripta reliquit. Opus quidem ipsum Auctoris doctrinam, & plantarum cognitionem non vulgarem ostendit, ut meritiò badius operis describendi munus, à tanto Rege ipsi demandatum fuerit.

Pag. 9. cap. 6. lin. 18.

Ab ipso tamen Dioscoride in cap. de Tussilagine, & in Proëmio, florem ante foliorum eruptionem, vel cum ipsis folijs præferre dicitur, ut quotannis primò vere obseruari potest, qui facile in pappos euolans, & marcescens, folia toto anno vidua relinquit.

Pag. ead. lin. 31.

Supplendus est Auctor noster hoc loco, foliorum differentias, quibus non modò Arbores, sed Planta omnes facilius dignosci possunt exponendo, ex nostris in Dioscoridè Commentarijs excerptas. Foliorum summa differentia est, quod alia sunt leuia, à Græcis λέια dicta: Alia birsuta, lanosa, que δαρία: Alia aspera que τριχία. Alia spinosa vel aculeata, que ἀκανθώδη: Alia in totum spinosa, ut spina sit pro folio: Alia iuxta folium habent spinam, que δόξα-δένδρον. Leuia sunt, ut Beta habet, Lapathū. Lanosa vel hirsuta, ut Verbascum, Lychnis. Alpe-
ra ut Buglossum, Echium. Aculeata vel spinosa, ut Carduorum folia, Aquifolium. Alia in totum spinosa, ut Myacanthus, Scorpio. Alia iuxta folium habent spinam, ut Capparis, Malus medica: Alia in ipsa spina folium gerunt, ut Ribamnus vulgaris, spina sancta denominata.

Differunt etiam, quod alia sunt lata & rotunda, que αλάτα, & alia que πετασίτες, Per-
sina

Quo opere
re Medica
noui Or-
bis volu-
mina publi-
ci iuris fa-
cta.

Auctoris
laudes.

Differentiæ
Foliorum.
Varietas in
pinis.

In latitudi-
ne.

sonata, siue Arction, Alia angusta, quae... Quinqueneruia, Scorzonera, Arisarum angustifolium. Alia tenuia admodum, ut Capillaria, quae... Graminis species folijs angustissimis capillacis, a doctis. Gasparo Bauhino dicuntur species 37. 39. 46. & alia in suo Prodromo Theatri Botanici. Alia magna & ampla, ut quae Petasites, Nymphaea, & maxima, ut Aegyptij Ari solia, & Mase: Alia parua ut Aristolochia, Viola maritima, & minima ut Chamafyses. Ex angustis, magna ut Quinqueneruia: parua ut Olea minima ut Herniaria. Differunt etiam, quia alia longa, & plana, ut quae Iris, Gladiolus, Alia longa, & canaliculata, ut Porrea, & Arundinis, Alia inus caua, ut Cepa & Geibij. Alia solida, & farcta, ut luncifolia. Alia arundinis modo nodis intersecta, ut Graminis species aquatica, & arundinaceo folio Lobelij, quae a Gasparo Bauhino Gramen iuncum articulato folio dicitur in suo Prodromo Theatri Botanici. Differunt etiam, quod alia sunt carnosa & in latitudinem aut Orbem expansa, ut quae Beta, Coryledon, Gymbalaria nostra, & Portulaca, quae σαρκώδη dicuntur, Alia in rotunditatem & longitudinem, quae pulposa & σπυρίδα dicuntur, ut quae Vermicularia, Kali, & luncus Aquaticus.

Ex magnis & prauis folijs, latis vel angustis, longis aut breuibus, alia sunt circumferrata in magnis, ut in flore Solis, Vite, Acere. In minoribus, ut folio Castanea, Menba, Vrtica. In longis, Parmica. Eufragia sylvestris in breuibus. Alia sunt leniter sinuosa, ut habet Chondrilla tuberosa, Sonchus leporinus, Leucion. Alia leniter incisa, ut Quercus, Blastaria, Alia profundè, ut Eruca, & Rapacea. Alia profundius ad neruum vsque, ut Agrimonia, Fraxinus, Sorbus, Scabiosa sylvestris, Alia in summo tantum folij diuiduntur, quae ἀκροειδῆ dici possunt, ut Plantaginis aquaticae species bifida in summo à Lobelio depicta: Phyllitis laciniata, Ononis non spinosa, Telephium à nobis propositum. Alia in imo folij tantum, quae ἀκροειδῆ dici possunt, quae non modò folium, sed & Thyrsum è medio folio proferunt.

Ex profundè ad neruum vsque infectis rotundis ambitu sunt, quae Dracontium, Elleborus niger, & Cannabis habent. Profundè tantum incisus, Platanus, Ricinus. Ex longis profundè incisus, Cicchoracea. At profundius ad neruum vsque infectis, alia simpliciter constant petiolo, ut quae Agrimonia, Fraxinus, Ebulus, quae pennata dicuntur, à Graeci τειρακοειδῆ ut in Ebuli Dioscorides dixit, Et etiam μαρόχα, ut in Filice, qui unicam pennam infectione imitantur, & γυρόπτεα dici possunt. At quia sunt & alia folia non simpliciter petiolo, sed in ramos, & in alias alas diuisa, ut in Filice samina, Farulaceis, Apio, Cicuta, quae πολυειδῆ dicuntur, non alio nomine distinguenda putauimus. Et quamuis Theophrastus vir doctissimus, quae pennata sunt, ut Sorbi folia, Fraxini, & Hippofelini, in historia plantarum μαρόχα denominauerit, ad differentiam Apij hortensis cuius folia μαρόχα dixit: non tamen ita proprie nobis dictum hoc videtur, ut non exactius atque distinctius dici possint illa folia, quae raro folio sunt, & ab illo μαρόχα dicta, ad illas pertinere tantum plantas, quarum ramulis alternatim singula folia haerent. Et quae denso sunt folio, & μαρόχα dicta, ad illas referri debere plantas quarum ramuli, siue nodi, aut genicula pluribus exornantur folijs, ut in Pino, Larice, Rubia, Osfride, Equiseto, & similibus. Eoque magis, cum non proprie filia sint illa, quae plura in Hippofelino & Apio conspiciuntur, sed verius partes, & lobi folij, illius scilicet, quod unum habet initium ab radice vel ramulo, à quibus proferuntur. Idem enim Theophrastus nos docuit, illud totum appellari folium, quod scilicet omne cum petiolo decidere solet, ut Luglandis, Fraxini, Sorbi, Apij, Ferula, & similitum, non enim partes decidunt vetustate, sed totum illud foliatum ab origine ramuli, vel radice. Igitur partes ille folij, lobi sunt, & lacinae, non proprie folia: quamuis in multis folia videantur distincta, sicuti alias diximus in nostro volumine cap. de Ceratia in prima parte, & cap. de Smirnio in secunda minus cognitarum Stirpium Roma impresso.

Folia igitur quae non vnica pennà, ut Filix mas, sed pluribus ut Filix samina, sicuti Dioscorides notauit, diuiduntur, vel alio modo multiplici diuisurà fissa sunt, ut ramosum folium dicas: quae latis habent lobos, lacinas, siue partes quamplures, & πολυειδῆ, folia dici possunt, ut Apij, Cicuta, Angelica, Sphondylii & similitum. Quae verò angustioribus lobis diuiduntur, & πολυειδῆ vel πολυειδῆ, ut Ligustici, Thapsiae, Ruta. Alia verò quae longè tenuioribus lobulis & lacinijs diuiduntur in capillorum serè effigiem, & πολυειδῆ, ut Fernulaca.

Et amplius dicitur.

Et pulpa.

In magnitudine.

lacinatione.

lacea, Ammi, Millefolium, & similia: nam simpliciter ἑυχόφυλλον dici potest Pinus, Graminis species, Crocus, quarum folia ex vno principio, radice, vel geniculo multa exoriuntur: atque illa sunt folia simul exorta, & non lacinae, siue lobi, & scissurà foliorum, ut supra diximus de Rubia folijs, & similibus, quarum plura folia simul ramis, vel trunco haerent quae μαρόχα dici debent: & quae in capillares lacinas diuiduntur ἑυχοειδῆ appellanda diximus; non ἑυχόφυλλα, quod simpliciter & capillari folio conuenit, & sine scissura, ut de Gramine Peristij. Gaspari Bauhini & similibus retulimus.

Alia foliorum numero distinguuntur: ut Vnifolium, Lingua serpentina, Moly luteum. Alia bifolia, ut Bisfolium dictum, Trifolium, cuius plures species, Lyfimachia lutea. Quadrifolia, ut Herba paris, Cruciatia, Rubia leuis. Quinquefolium, omnibus notum. Alia Heptaphylla, ut Heptaphyllon sic dicta, Tormentilla, & lacinijs diuisa Vitis & Lupinus. Octophylla, ut Mollugo, & Asperula. Nouenis lacinijs, ut Elleborus asirum &c.

Est & alia foliorum diuisio ex ipsa germinatione desumpta, quod alia statim è terrà simul iacencia producuntur, ut quae ἑυχοειδῆ dicuntur, & quae ab radice exeunt, & ἑυχοειδῆ: quae vel etiam sine pediculo sunt, ut in Lactuca, Tragopogono, & Bulbaceis: vel cum longo petiolo, ut in Malua, Geranio, Cyclamino: vel breui, ut in Lycnide, Oeymoide, & similibus. Alia non ex radice, sed ex super, & ramulis: & illa vel sine petiolo haerent, ut Mentha, Hyssopus & ἑυχοειδῆ & ἑυχοειδῆ dicuntur; vel longo insident petiolo, ut Betonica, & Geranium. Alia foliolù pro petiolo habent, quia illi insident, & nodo haerent, ut longè differat à lacinia, & infectione, quae sine nodo diuiditur à petiolo ipso, in his peculiare, ut sunt Mali Aurantij siue Arantij folia, quae geniculata dici possunt. Alia alio modo, & centris ipsis foliorum stipiti haerent, & ab illo perforantur, ut in Perilymeno obseruatur, Perfoliata, Centauro luteo à Lobelio depicto. Differunt etiam foliorum positu, & ortu, nam alia ordinatè caulem cingunt, ut quae bina haerere solent, vel alio numero, ut in Myrtho, Rubia, singulis geniculis. Alia inordinata, & singula haerent: quamuis nec ista tam inordinata dici possunt, ut non aliquo numero, quino, aut maiore, vel minore in circuli ramuli ordinem aliquem obseruent, ut in Vermicularia, Tithymalo, & similibus.

Differunt etiam, quia alia colore sunt virente, ut maior pars foliorum, tam herbarum, quam Arborum, alia colore in luteum languentia, alia obscure virentia, alia ad ceruleum vergentia, alia candida, & incana, alia rubentia, alia mixta ex viridi, luteo, & rubente colore, alia maculosa. Hilari virore videntur folia Graminis in Pratenfibus, folia Vitis, Lactuce, Senecionis, & similitum. Obscure virentia, folia Lauri, Aurantij & Ari. Ad ceruleum vergentia, sunt folia Rutae, Caryophyllorum vulgarij, Vermicularij & Telephij. Ad luteum languentia, sunt folia Ellebori albi, & ardi Celticae, & similitum. Candicantia folia habent Dictamnium album, Creticum, Salvia, Marrubium album. Incana sunt folia Stachidis Flandrorum dictae à Lobelio, lacea motang à Gasparo Bauhino in suo Prodromo depictae, Polij marini, siue Gnaphalij luteo capite, Polij veri, sylvestris. Superne virentia, & inferne candicantia sunt Olea folia, Tussilaginis, & multarum. Rubentia, Lapatii species, Blii, & Lactuce. Mixto colore, & vario Blii species illa Symphonia dicta, & Amaranthus tricolor. Albis maculis variegata aut insignita, Cardui lactei folia Leucographidos, Cyclaminis, Lamij, & Vrtice mortuae, Pulmonarij, Echij, Borriginis sylvestris, & dorstenis in Apulia, Cerinthus recentiorum, & Ari maioris. Nigris maculis, Ari montani minoris, Orchidis digitata, & bulbosae etiam, Periscaric mitis, & Trifolij pratensis species. Rubentibus maculis aspersa sunt folia Oeymi simbricati, Lactuca agrestis spinosa. Neruulos habentia candicantes, Isatis, Lyfimachia virginea, & maior pars herbarum. Rubentes neruulos, Lapatii species & sylvestre Cicborium. Spinosis neruulis infernà parte, Lactuca agrestis, Smilax aspera, Rubus, & Rosa.

Est & alia in tempore differentia, nam alia quotannis prodeunt, & decidunt, vel marcescunt, alia diuurniora sunt, & perpetuò virere dicuntur, quamuis aliquando singula decidunt, & alia proferantur, ut in Lauro, Aquifolio, Malo Aurantio, in herbis; Polio, Adianto, Sempervirum magno, quae αἰπόλλα dicuntur.

Differunt etiam praeter innumeram serè foliorum effigiem varià eorum magnitudine, ac diuisurà, quod alia varias exprimentur animalium effigies, eorumque partes: alia aliarum rerum. Animalium quidem referunt, scilicet ut quae, Dioscorides ait, Delphini modo sunt incisa & oblonga,

Distinctio foliorum numero.

Germinatione.

Positu & ortu.

Colore.

Maculis.

Tempore.

Plac, eius animalium & partium illorum figurarum representatione.

Linguae.

Pennas.

Auriculas.
Capillos.
Cor.
Lichen.
Lienem.
Pulmonem.
Umbilicid.
Pedes.

Vngulas.
Maculas.

Dentes.
Caudas.
Cristas.
Vermes.
Sagittam.
Lanceam.
Gladium.
Galerum.
Cymbam.
Lunam.
Rotam.
Ellychnid.
Tomentid.
Cutim porrosum.
Labrum.
Fasciam.

Signa ad vites nomen. Et cognitionem plantarum conducit.

Herbe in alias plantis non transeunt.

Exemplo sunt Indice plantis.

Differentie radicum.

Magnitudi-
ne.
Multi-
tudi-
ne.

Soliditate.

longa, ideo sic appellata planta, quia Delphinum referunt. Scolopendram imitantur folia Asplenij, Scolopendria dicta. Linguam, Arzoi maioris folia singula, & Cymbalaria est miblicia Veneris secunda species, teste Dioscoride, sicuti eadem copata oculum referre dicitur. Linguam agniam, Arroglossum. Linguam Bovis, Buglossum. Linguam ceruinam, Phyllitid. Linguam equinam, Hypoglossum. Pennas Auicularum, Stratiotes, Millefolium. Pennas, siue Avium alas, Filix. Struthij pennas Struthium. Pennas, quae galeis imponuntur, folia Musa. Auriculam Vrsi, planta sic dicta a recentioribus, & a nobis pro Alismate proposita in Phytosafano. Auriculam muris, Myosotis, & Alsin. Canos hominum, Polium. Capillos, Funiculum, Cuscuta, Epithymon, Muscus quernus dependens, & Aquatica Conserua. Cordis figuram Ariffolechia, Smilax aspera. Lichenis effigie, Lichen dicta, sicuti Hepar, Hepatica. Lien, Galiosis, & Lamia. Pulmonaria a pulmonis maculis, sicut ab effigie muscus pulmonarius. Umbilicid, Coryle-
don, sicuti Coryla, siue acetabulid. Pedes Leonis, Leontopodiid. Pedem Cerui siue Milui, Coronopus: quae & Cornu Cerui dicitur ab effigie. Pedes Anseris, Adplex, & Eryngium marinum a Porta nostro. Pedem Vrsinum, Acanthus Paderos, Pedem Columbinum, Geranium sic dictum, Equorum vngulam, Tussilago. Pedem Asini, Alliaria. Serpentium maculas, Dracunculid, Anchusa, Cerinthe, & Buglossi species, quae etiam extuberantes tumores representant: item Arum, Pulmonaria, & Orchis palmata. Dentem Leonis sic dicta planta a recentioribus inter Cichoreacea. Equinam caudam Equisetium siue Hippuris, Cristam gallinaceam, Horminij species sic dicta, Centrum galli. Vermes, Sempervivum ab effigie dictum, Vermicularia, Sedi secunda species. Sagittam, Sagittaria Aquatica, Scammonium, Oxalis. Lanceam, Ruscus. Gladium Xiphium, Xyris. Galerum Petasites, quae & Fungum imitatur. Cymbam siue Cochlear, Cymbalaria nostra, & Cochlearia Bataua Lobelij. Lunam in defectu, Lunaria Botrytis, & Hemionitis. Minus plenam, quae orbiculata sunt, Viola, Asarum. Rotae speciem, Cirsiij folia, & altiarum stratarum, Ellychnium, Lychnis. Tomentum, Gnaphalium. Cutis poros, Hypericon. Labrum siue Alueolum, Diplacus: sicuti peluculas, folia Thymali in Umbel-
lis. Cingulum siue Fasciam Alga.

Harum rerum signa in folijs, pleraque ad plantarum vires dignoscendas conducere videntur, ut ea quae ab effectu nomina plantis indidere, sicuti Pulmonaria, Hepatica, Milzarella recentiorum, vel ab imagine, ut Vermicularia, Dracontium, vel maculas representant venosorum, ut Arum, Dracontium, Anchusa, Cerinthe, quibus venena propelluntur. At signa, vel rei inanimatae similitudo, ut Cymbalaria, Muris auricula, ad nomen retinendum, & plantae notionem profunt. Multa possent cumulari, sed haec sufficere nunc visa sunt.

Pag. 9. lin. 35.
Grauis est testis: nos autem auctoritas non cogit. Haec mutationes non alio modo accipimus, nisi ut quandam congenerum degenerando similitudinem primae facie ostendant. Nec enim credimus herbas cultu, aut neglectu, loci mutatione in alias transire plantas, sicuti asserit Lohium & Tritico, hoc enim non confirmat Theophrastus, nasci vero solum inter Triticum, & Hordeum, nulli est dubium. Transire Sisymbrium in Mentham ob alimenti inopiam, similitorem, scilicet fieri: vel alias ob alimenti copiam adulescere, ut fruticare, & arborefcere, quod per antonomasiam dicitur, non autem frutices, aut arbores fieri. Hoc experimento affirmare possumus ex Indici plantis, semine, aut radice ad nos translatis, in quibus bucuscque vix aliquis mutationem aliquam obseruasse similem, referre audebit. Degenerare in magis & minus adultam, foliorum incisuris, hirsutie, leuitate, hilaritate & similibus, concedimus: non autem in aliam transire plantam vel speciem, omnibus notum putamus.

Pag. 10. cap. 7. lin. 21.
Radicum adde differentias, quarum alia, quae simplex est, a Graecis ἐνδιήκεις dicitur, & cum sit etiam unica, ἡμία & μονήκεος. Quae aliquando est parua atque tenuis, & dicitur ἡμια & μονήκεος. Quae magna est & crassa, παχέα & μακρόκεος, ut Bryoniae radix. Sed quae simplex est & longa παχέα & μακρόκεος, ut Rhapbanis, Lapathi & Pastinacae, quae cum etiam sit profunda βαθύα & βαθυκέος dicitur. At quae contrario modo breuis est & tenuis, λευία dicitur, & βραχέα, ut Hellebium, & Britannica. Quae vero longa est & non profunda, quia oblique per summam terram reptat, ut Gramen, ἑπιπέδιος & ἐπιπελάκεος dicitur. Ex longis quae lignosa est, ut Nerium, & Equisetum, ὑλιδός, Et quae neruosa, ut Tra-

gacantha, ἰσπεδὴν ἰσπὴν. E contrario, quae mollis est, ut Myrribidus, ἀπαλός. Harum alia corticola, vel crassi corticis, ut Panax, Mandragora, quae ὀρειώδης, & ἀρχυόλοισ dicitur ex longis. Ex rotundis Crocus Colebicum, & Cyclamen. Quae molli pellicula sine cortice, ut Aris, & Dracontij, atque Orchidum dicitur ἀραιοί. Carnosarum vero quae σαρκώδεις dicitur, est ex longis Rhapbanus, & Brionia. Ex crassis rotundis, & tuberosis, Radix Arum, Cyclaminus, & Bulbacea. Ex rotundis, bulbos; bulbosis, & capitatis, radix unica, quae ἑσπύδιος, aut ἑσπυδιόκεος dicitur, ut Coryledonis, Arisari, & Cyclaminis. Ex capitatis, quae ἡσπυδιόκεος; ex bulbosis, quae βαλκιδόν dicitur, est Capa, Scilla, & Narcissus. Et harum alia est squamosa, quae λαμπεώδης, ut Liliium: alia multiplici tunica, quae ὀρειώδης, ut Capa, Scilla. Alia sub tunica lanam habet, & dicitur Eriophorus bulbos. Alia scinditur, ut quae Fissilis dicitur, & Ascalonia, a Graecis ἄσκαλον in oblongos pares bulbos eodem anno foliosos. Alia scissilis est, sed non nisi post annum diuisibilis, ut Allium, quod non rotundos bulbos distinctos, sed triangulos sectiones, & simul coniunctas profert, ut unicus bulbos non plures videntur, nisi post annum terra commissa, nucleatim diuise extuberent, & folia profertant. solo Allio proprium: cuius partes scissiles Theophrastus proprio nomine ἡλκας appellauit, & naturalem illam vegetationem cum diuisione sobolum, ἡλκιδέων dicit: quod verbum nisi a diuinatione sit deductum, ignorare fatemur, & comprobatur idem Theophrastus, cum ait ἡλκιδέων ἄνω ἐκ τῆς ἡλκας. Dioscorides vero Allij diuisiones illas, quae nucleos latini, & Plinius non nimis proprie, cum nucleis sint osculi a carne fructus obducti, ut in Oliuis, & similibus per verbum ἡλκας ἡλκιδέος expressit ἡλκας quidem scissura sunt, & ἡλκας Allij nomen est Doriensem lingua, ἡλκιδέων dictum, quod verbum littera λ, si praeponeatur ἡλκιδέων, Allium vii Italice appellatur, exprimeret: & sic describit soboles illas in unum idem caput compositas in Allio. Quare a Columella, & alijs spica nomine soboles illa trigona coniuncta, sed diuisibiles sint denominata, nisi spica verbum ab effigie teli, spiculi dicti, sit deductum, nec proprie ita dici videbuntur: spica quidem non sub terram, nec in radicibus, sed in summo plantarum, & aere circumscripta obseruantur, semina ad perfectionem, & planta propagationem sic Naturae proferentes. Magis quidem proprium vulgare Neapolitanum nomen, & ferè latinum, Spicolo di Aglio appellatum. At ἡλκας nomen, graecum, quod Latini est spica a nullo Auctore pro radice, aut radice parte describitur, & frumentaceis tantum conuenire docet Theophrastus de frumentaceis loquens, Tritico, & bordeo, & congeneribus neque alijs herbis, quae alio modo fructum ferunt, conuenire, quae flores non lanuginos, sed foliosos edant, & aliquas aut iubam etiam. Minus vero improprie Dioscorides Betonice fructu spica modo, & Satureia similem, quia in summo planta, in longam seriem, spica modo, est dispositum, quamuis a frumentacea spica differat. Quam igitur Analogiam poterit spica habere, quae in summo planta producitur, cum radicem lobis nullam inuenimus, nec ijs assentire possumus, qui Nardi Indici oblongas, foliosas illas germinationes, spicas appellant, quia longae differunt a spicis ipsius Nardi, quod satis ex ipso Dioscoride liquet, Nardi Indici genera, & radices, comā spicas, & caulem enumerante, quae omnia in eadem planta diuersa sunt adinutem. Et Plinius lib. 12. c. 12. ait, foliū habere paruū, densum, cacumina in aristas spargi, & spicas & folia celebrari gemina dose Nardi, & in initio dixit: De folio Nardi plura dicere par est, ut principali in vnguentis. Ergo radix non erat in usu, & diu controuertitur a posterioribus volentibus, ut pars illa ima plantae sic densata, quam alij radicem dicunt, sit & appelletur Spica Nardi, cum nihil aliud sit, quam ima plantae villosa pars supra radicem, ex veterum germinum, & nouellorum foliorum gramineorum postrema sobolis, sic densè coacta, in quorum medio, ut obseruauimus, & penes nos habemus, & quilibet etiam obseruare poterit, caules rotundos, iuncos, binos habebat, in quorum summo non erit dubitandum, quin spicuum quid proferatur, ex natura plantae media inter Gramen, Luncum, Spartum, & Algam. Radices habet exiguas, fibrosas, lignosas, nullius usus, saporis expertes. Cur autem a posterioribus Dioscoridis & Plinij Nardobacis vel Nardi spica, sit dictum Nardum Indicum, si diuinare liceat nobis, illud in causa fuisse putamus, ut non, quia partes ille ima Nardi foliose, & coacta sint spicae vel similes, sed ad differentiam aliorum Nardorum, Celici, scilicet, & Montanae, quibus nulla spica tribuuntur, cum in Umbellam floreant, hoc Nardum Indicum spicam ferens, intelligatur, & accipiat. Pars quidem illa Indici Nardi foliosa, simul coacta, potius pro coma accipi possit, quam pro spica: cum Coma nomen possit planta supra terram effusa, illamque operientis, tribui

Cortice.

Figura.

Sectione.

Quid in spica in radice.

Spica nomen.

Nardi quae spica.

De Nardo plulcula.

Nardi distinctio.

tribuit, ut de Peplis, & alijs ait Dioscorides, qui Syriace suo Nardo multā comā, verbo *καλομας*, & etiam Gangitidi tribuit, ut non sine causa diuinare uoluimus: cum planta hac, ut in Gramineis, & Lunceis obseruatur, satis supra humum copiosis, densis germinibus se effundere possit. Sed ad Bulborum differentias in radicibus reuertimur. Alia paucas emittit ab imo latere soboles, ut omnes fere Bulbosa, sic Narcissus, Hyacinthus, Tulipa & similes. Alia plurimas, ut fere tota. Bulbus in bulbillos dissoluatur, ut in Ornithogalo uulgari, & paucis obseruatur, & in Ampeloproso prolifero, sive inter flores bulbifero, sive potius Alio: nam capite est rotundo, non oblongo Porri: imas sub bulbo capillares fibras, sive radices pilos, in bulbulos omnes extuberantes Maio mense obseruauimus, prater ipsas bulbi extuberantias intra corticem ipsum. Alia duplex *διδυμή*, ex longis est Mandragora. Ex bulbosis parum oblongis, qua Empusan dicitur, Orchis, Nardus montana, & Anhora, qua lateribus haerent, Alia est, qua aliam sub se gerit, & alteri infidet, ut Gladiolus, & Crocus sylvesteris. Est qua triplex etiam, ut Mandragora non raro, ut traditur a Dioscoride: ex bulbosis est Triorchis dicta, & Nardus montana & Circea non semel, Refertur etiam a Dioscoride quadruplex, ut Circea, quintuplex, & sextuplex radix Aloeae, & Graminis Parnassi. Sed quia radices huius multiplicatas a loco potius aptiore, quam a Natura producit, cum varietate sub multiplici numero radicum relinquemus. Multiplex igitur radix est, qua in plures aequales fere radices diuiditur, *πολλόκομος*, & *πολυκόμοτος* dicitur, ut est Elleborus, Aristolochia, Pistorlochia dicta, & Clematis, Bacccharis, Ranunculus, & similes ex fibrosis tenuibus. Ex crassis, Asphodelus, Ranunculus Paeonia femina, & similes. Radicum etiam alia est, & dicitur, aequalis, *ἰσάμοτος*, qua etiam lata, & *καλαία* a Dioscoride, ut Radix Tragacantha, Althea. Alia sunt anomala, & inaequales, ut fibrosa radices.

Est & alia coloris differentia in radicibus, nam alia sunt in totum candida, ut Rhabbanus, Rapa, & similes. Alia intus alba, foris nigra, ut Cyclamen, Scorzonera, Tragopogon Apulus uerior, & similes. Alia foris rufescentes, ut Iris nostras, Colchicum, Nardus montana. Alia foris nigra, intus uirescentes, ut Smirnum, Polypodium, Alia uirescentes ex luteo, ut Phalangium, Asphodelus luteus montanus. Alia ruffa ut Xyris, Zinziber. Alia flauicantes, ut Rhabarbarum. Alia luteo colore, ut Chelidonium maius, Lapaibum rotundifolium, Curcuma. Alia intus rubra, ut Centaurium magnum, Anebusa, Paffinaca rubra, qua etiam foris rubescit, & similes.

Alia lac fundunt dulces, ut Scorzonera, Erinus, Tragopogon. Alia amarum, ut Laetuca siluestris, Cichorium, Papauer. Alia acre, ut Tisbimali, Thapsia. Alia troceum succum, ut Chelidonium maius, Argemone, Alia rubentem, ut Centaurium maius, & Atractylis. Alia uelut sunt, & ori gratae, qua *ἰσώμοτος* ut Rapa, Sifer, Paffinaca: Alia, amara, & ingulatabiles, ut Gentiana, Aristolochia, qua *ἄσπερος* & *κακώδης*, Alia sapore acerbo, ut Dryopteris; austero ut Polypodium: subadstringente, ut Filix mas: adstringente, ut Quinquifolium: salso sapore, ut Nerij radix. Feruente, ut Pyrethri. Alia sunt gummosae, ut Tragacantha, Chondrilla, Chamaleon albus. Alia mucosae, ut Acanthus, Symphitum maius, Alia medicamentosae, qua *καρπασώδης*, ut Gentiana, Rba, Elleborus niger, Alia morbifera, qua *νορώδης*: Alia mortifera qua *δρακώδης*. Alia inutilis, & superuacua, qua *ἀχρηστος*, *ἀχρηστος*, ut Senecio & maior pars suffruticum.

Differunt etiam odore, nam alia est Aromatica, ut Iris, Asarum, Bacccharis, alia inodora, ut Blitum. Alia Rosa odorem refert, ut radix Rbodii. Alia aromatica, sed cum grauitate odoris, ut Valeriana, sive Phu, Alia grauis odoris, ut Polygonatum, Scammonium. Alia terram olet, ut Pycnocomon, Lunaria, & similes.

Differunt etiam, quia alia est geniculis distincta, ut Arundo, Iris. Alia articulis sive nodis distincta, ut Gramen, Cyperus, Alia denticulata, ut Dentaria, Alia strumosa, ut Scrophularia, Leontopetalon, & Cymbalaria; a nobis descripta.

Alia alias imagines referunt, quas Phytognomici maximè perquirunt; ut qua hominis quodammodo figuram imitari uidetur, qua *ἀνθρωπομορφος* dicitur, ut Mandragoras, Cuius radicem tripedalem uidimus Neapoli apud quendam Chymicum distillatorem, puellam imaginem equantem, corpore in umbilico extuberante ac etiam in posterioribus, a quibus femora, & tioriarum modo in acutum desinebat, superne uero brachijs elatis crassis, in quibus flores emissi, Dryadum & Daphnidum iconem representantem. De qua alijs in phytognomicis, Deo dante, Alia

Sobole.
Multiplicite.
Numerata.
Aequalitate.
Colore.
Laete.
Sapore.
Succo.
Facultate.
Odore.
Nodis.
Imaginum signis.
Hominis.

Alia que Hominis uel Canis & Hirci testes imitatur, & que Orchis, Cynoforbis, & Tragorbis dicitur, & similes. Qua cum erumpunt, etiam uelut Genitale referunt germinis, uel ipsa radices, ut Triorchis dicta. Alia Manum imitatur ut Orchis palmata. Alia Digitos tantum, ut Hermodactylus. Alia Cordis figuram, ut Nardus montana, Anhora. Alia Pulmonem, ut Radix cana. Alia Rostrum suillum, ut Systrychnium a nobis descriptum. Alia Murem, ut Napellus murinus, sic dictus a radicis effigie. Sicuti Scorpium, Cammarum, & Squillum imitatur Doronici dictū, & Scorpio Theophrasti atque Dioscoridis Pardalianche. Insectorū, & Serpentū tabellatū corpus imitatur Iris, Gentiana, Acorus, Galanga, & similes. Alia Pedes Anium, ut Radix Phu. Alia Polyporū acetabulos, ut Polypodium. Alia Malū cotoneum, ut Lotus Aegyptia. Alia Malum, ut Cyclamen, quod Malū terrestre uulgò dicitur. Alia Oliuæ figuram, ut Orchis, Arisari radix, & Umbilicus Veneris paruus. Alia Tritici grana, ut Chelidonium minus. Alia Pyri fructum, ut Apioi. Alia Glandes, ut Asphodelus. Alia Clauam, ut Nymphaea. Alia Folliculum, sive Sacculum, in quo includitur, ut Nardus montana, qua Thylicitis dicitur. Alia Maris caudam, & Trigonis marinae, ut Paffinaca nigra, sive rubens. Alia Rete, ut Napellus reticulata radice, & Gentiana cruciata. Alia Dentem, ut Dentaria, Alabastrius dicta. Alia Calculos, ut Saxifragia bulbilli. Alia Scrotum, ut Porri radix. Alia Uterum sive Umbilicum ut Cyclamen, & Aristolochia rotunda.

Pap. 11. Cap. eod. lin. 18.

Florum differentias omisit Auctor noster, sed quia ad plantarum differentias noscendas non parum conducere uidentur, hoc loco asserere uoluimus. Florum alij folijs tantum constant, quos Theophrastus *ἄνθη πολλὰ δὲ ἔχει* lib. 1. cap. 21. appellat, sed quia uerbum *πολλὰ* pro frondibus plantarum proprie acceptum putamus, qua etiam latine folia dicuntur, nos floribus solent, ad differentiam foliorum, planta frondium scilicet, *πύραυλα* dici magis proprie censuimus: sic enim Dioscorides Rosa florum foliola denominauit in cap. de Vnguent. rosae. & etiam Ispopyri florum folia, ad differentiam frondium planta, quas uerbo *πόλλα* distinguit. Sic etiam Alcman Poeta Chrysanthemum florum folia *ἄμβονη* coronantia denominauit his uerbis,

Χρυσάνθημον ἔχει, ἔσθ' ἰσὺν πᾶσι χροῖσι καὶ χλαμ.

Aureum torquem habens, teneram * petalis Cachlam.

illag. ut de Bellid. flore lib. 2. 1. cap. 8. Plinius ait, Barbulas latine appellare possumus. Grammatici Bracteam sive Lamellā interpretantur. Vide qua in nostro Phytobasano diximus cap. 1. de Ispopyro, & in 1. part. minus cognitar. Stirp. de Soncho montano tetrapetalo cap. 92. Alij pilosi sunt, & lanuginei, ut Gaza uertit uerba illa Theophrasti, *ἄνθη ἰσώδης* Flores scilicet lanuginei, ut flos Vitis, Mori, Ederae, Foliati uero, ut Amygdali, Pruni, Pyri. Alij foliati sunt & simul lanuginei uel lanosi, ut qui bini sunt, & bicolores, ut scilicet foris foliati sint, & interne pilosi: ut alter alterum medium florem gerat, ut in Rosa obseruatur, qua intus pilorum congeries luteorum habet *ἄσπερος ἄνθη ἔχει καὶ μέσον ὠσπερ τὸ ῥόδον, καὶ τὸ κέρον*. Sic etiam Dioscorides de Rosa flore in cap. de Rosa, medium illud floris pilosum *ἄνθος* appellauit, sicuti Theophrastus alias languinosum, nec mirum, cum uerbo illo *ἄνθος*, flos, & efflorescentia quouis lanosa dicatur, sic *ἄνθος ἄνθος* flos Salis, Chalcanthum, Alumen scissile, quod quasi flos globosi intelligitur *ἰσολιθώδης ἄνθος*, quod pilosum, sive plumosum Alumen dicitur: est enim efflorescentia, sicuti Ammoniacum, & Sulphur capillare, in specubus igneum fumum eructantibus Puteoli obseruatur. Sed adde quod omnes flores prater externa folia, & interna stamina, qua cellularum, uel fructuum, ut plurimum numero sunt, medium habent stylum, sive fructus apicem, quem Theophrastus (ut Gaza uertit) Colum appellat, quo si flos careat, sterilis est omnino, ut in quibusdam obseruatur floribus, qui non infident eorum fructus, & nunquam illum medio careat, decidere, & infructiferum esse asserit, quod experientia comprobatur. Alij non habent medium stylum, sive apicem, sed numerosa illa tantum stamina, ut in his, qua multiplicem habent fructum coacernatum, ueluti Anemones, Ranunculi, & qua capitata sunt, ut Papauer, Nymphaea, quorum fructus medius imminet, & sine apice est deciduus, uel ut in siliquosis, idem fructus & siliqua stylus est. Alij qui multiflori, & quorum flos infidet numerofo fructui sive semini, totidem habent apices, quot flores, & fructus, ut in Cichoreaceis, Carduis, Chrysanthemis, Anthemidibus, & similibus, Sed & sunt flores, quorum stamina non semina, sed

Cccc floribus

Testium & genitaliū.
Manus.
Digitorū.
Cordis.
Pulmonis.
Rostri.
Muris.
Scorpij.
Insectorū.
Pedum.
Malorum.
Oliuæ.
Tritici.
Pyri.
Glandium.
Clauæ.
Folliculi.
Reis.
Dentium.
Calculorū.
Scroti.
Uteri.
Flori differentia.
* Sine latibulis.Colus floris para.

floris diuifuram fequantur, que ex ipfo originem trahant, vt in Tabaco fue Pyciela, Caryophyllis fylueftribus, Datura, Verbaſco, & ſimilibus, quorum fructus ſtylus imminet. Sunt & qui longum habent medium ſtylum, quia in imo occultum habent fructum. Alij habent in ſummo magis craſſeſcentem, vt ſlos Ari. Alij contra in acutum deſinentem, vt Ariſari, Dracontij ſlos, qui etiam, quia multiplici fructu eſt internè, multis denſis ſtoſculis ad imù exornatur. Alij ſtylum habent in ſummo bifidum, vt Caryophyllorum genus, Gentiana, & ſimiles. Alij trifidum, vt Crocus ſylueſtris. Trigonum, & capitatum, Tulipa, Lilium, Latum, & cauum, Crocus ſatiuus. Quadrifidum & capitatum, Lyſimachia ſliquoſa noue ſpecies ex Virginea, cuius ſiliqua ima in quatuor cellas diuiditur, & debiſit perfectà: & Cynogloſſarum genus, quamuis primo aſpectu vnicum, ſic quinquefidum, quamuis in initio acutum, Geraniorum roſtra & ſimilium. Ab initio conſpicuà diuifurà, ſed in ſe intortà, Viola mariana, Trachelij, & congenerum: & regulariter iuxta fructus diuiſionem, illius apex capitatus diuidi ſolet, & debet.

Eſt & Maluacearum genus, quod ſtylum ſue colum verius habet in ſummo pilolum ſui generis, & ſerè comatum, nullis alijs in imo ſtaminibus, cuius ſummuſe ſe perſiciente in tot diuiditur filamenta, quot futura ſunt ſemina, quod in Malua roſea ſimplici obſeruauimus. Similem habent, Cucurbita, Viola mariana, & congeneres. Sunt & flores qui bini, & extra foliati, intus pilofi, qui tot apices habent, quot ſunt ſemina, vt in Anemone, Ranunculo, & ſimilibus, quorum præter varium & omnimodum colorem, alijs ſunt vnicolores, vt Chondrilla caruleo; Alcea fructicoſa purpureo; & luteo colore in Ranunculis, quorum omnium exempla quiſque ſibi afferre poterit.

Differentie in flore externo.

Differentias nunc proſequamur alias, quæ ſtorem externum diſtingunt ab alijs. Alij vno tantum folio conſtant, & illo conuoluto, vt Dracontij, Ari, Ariſari: Cucullato folio, vel pilei modo Dioſcoridi, vt rotunda Ariſkocobia. Cauo, & oblongo, vt Cerinthæ, Solani ſomniferi, Digitalis, Symphyti maioris, Viola mariana, & Tracheliorum, Gentianella. In imo magis anguſti, & in ſummo ampli, vt Scammonij, & Conuoluuli. In imo tubuloſi, vt Rhamni, Laſmini, Narciffi, & ſimilium. Orbiculati, vt Lilium conuallium, Vnedo, Erica, Hyacinthus botryodes montanus caruleus, Scrophularia montana. Alij acinoſi effigie quamuis diſtinctis folijs ſunt compaſti, vt Ellebori nigri noſtratis, & vulgaris à Dioſcoride ſub nomine Eſquodion, ſcilicet figura acinoſa, nam & Acinus, & Racemus eodem nomine explicantur, & racematiſm acinoſi flores inſunt. Aperti, & latiores abſque tubulo imo, vt Soldanella, ſue Braſſicæ marine Dioſcoridis, & Conuoluuli minoris, Helxine, Ciſſampelos Herbariorum. Planiores, & expaſi, vt Sambuci, & Verbaſci flores, qui integri decidere ſolent, & perforati. Binis foliolis variores ſunt admodum, vt Cuminum ſiliquoſum Matthioli, pro legitimo Hyſſoco à doctiſſis. Cluſio propoſitum, Circa Luſitana Lobelij, Alſines facie noua planta, à nobis in Phytobafano propoſita. Ternis foliolis, non minus variores, vt Plantago aquatica, & Sagittaria paluſtris, Militaris Aizoides. Quaternis folijs frequentiffimi, vt Braſſicarum, & Congenerum Leucoia, Papauera, & Clematis cerulea, Cruciatâ Pannonica Lobelij, & Cluſij, Somebus purpureus, à nobis deſcriptus, Gentianella ſimbriata, & purpurea à nobis propoſita in noſtro volumine minus cognitar, ſtirp. Quaternis Ruta, ſed quod mirum quinis primus, & medius ſlos, qui ſolus emicat inter alios poſteriores. Quinis, vt Maluacearum genus, Quinquefolium, Ranunculorum ſimplicium, Roſarum, & Caryophyllorum familia, Geraniorum genus, & maior pars ſlorum. Senis foliolis, vt Liliorum, Ornithogali, Moly, Iridum, Xiridium, Tuliparum, & Capaceorum familia, Elleborum album, & ſimilium vmbone medio prædicatarum. Alij pleno ſunt flore, & ita naturâ multiplicibus foliolis, vt Hieracium, Chondrilla, Cicoborium, Tragopogon, Scorzonera, & ſimiles. Alij pleno ſunt flore naturâ vel cultus, qui etiam ſimplices inueniuntur, vt Roſa muſcata, Damafceana, & alia: Peonia, Anemone, Ranunculus, Papauer ſimbriatum, & criſtatum, Primula veris, vt Caryophyllorum genus.

Alij pleno ſunt flore, ac multiplici, ſed foliolis tenuibus, & admodum diſſectis, vt pilofi videantur, & capillares, vt Carduorum, Scolymi, Chamæleonis albi, Centaurij medij, & Tacæarum, ſquamuloſo capitulo prædicatarum plantarum vt plurimum. Alij pilofi ſed in globum ſue ſphæram compoſiti, vt Globularia carulea diſſa, Cufcuta, Cumini ſylueſtris Matthioli, Spinæ alba, Eryngij, Platani, & Acacia Aegyptia.

Alij varias imagines imitantur, & borum alijs pileati, vt Ariſkocobia, Ariſari latifolij, Napelli, & Aconiti. Alij nutates imitantur Nolum, vt Campanula diſſa à Recentioribus, Scammonium, & Conuoluuli. Sed ijdem reſupini, & erecti, Calarhos, & Cyathos, vt etiam Viola mariana, Tracheliorum varietates, & Viola Galatiana diſſa inter Gentianellas, & Pneumonanthe. Alij galericulati, vt Saluia, Verbaſcum ſaluifolij diſſum, Calamintha, Lamia, & Verticillata omnes planta. Alij Comicos hiantes reſentant, vt Lonchitis prima Dioſcoridis. Alij Tubâs, vt Caryophyllus Mexicanus tubuloſis floribus à nobis, vt ſupra, deſcriptus. Alij Veſparum ſæuds, vt Caryophyllus Mexicanus polyanthos, etiam à nobis deſcriptus. Sed orbiculatâ effigie non planâ, vt ſicut illi Poculum imitantur, ſue Scyphum, Alij ſunt caudati, vt Viola mariana omnes, Pingicula Recentiorum, & Delphinium, ſue Conſolida regaliſ vulgò diſſa. Aquilegia ſue Iſopyrum, Oſyris & Linaria, Naſurtium Indicum, Fumaria, Orobidum genus, Straphylogria. Alij Columbam effigie imitantur, vt Aquilegia, que vulgò Columbina dicitur, à Grecis εὐκολοῦν, non quæſtor. Auculam imitatur Viola purpurea maritima, & Staphylogria. Delphinium conſtituitur in Conſolida regaliſ ſtrigofore: ideo Delphinium putat, Oſyride, & Noli me tangere. Elephatis caput cū auribus magnis dependentibus in Elephante Planta, à nobis propoſita in 1. part. minus cognitar, ſtirp. Papilionæ Leguminofarum flores, Geniſta, Anagyris, & ſimiles oſtendant.

Os Leonis, aut Vitule Antirrhinum. Os Lupi Lycopiſ. Alaudam Fumaria bulbosa. Pæonis penniculum in capite, Vmbellifera omnes. Alij Oculum Vmbone imitantur, vt de Bupthalamo dicitur, Chainamelo, & ſimilibus. Alij Stellam vt Semperviuum, Aſter Atticus, Alij Solem vt ſlos Solis diſſus, Chryſanthemum & ſimiles. Alij Lunam in defectu vt Tithymalorum flores lunati. Alij Arcum foederis verſicolorum conuexum, vt Irides geniculata, & bulbosa. Sed effigie quamplurimâ alia eaq. varia, veluti Hominiſ maris, & ſemine, Cereopitheci, Apis, Veſpæ, Rana, Auicula, Galeri militaris, Culicis, Cimicis, Delphini, Lacerta, atq. aliarum rerum in Orchidum familia conſpiciuntur, & Cornelio Gemma, & à nobis obſeruate, præſertim Homini� vtriuſque & Cercopitheci, quas in noſtra minus cognitar, ſtirp. Ephemera videre poteris in 1. & 2. par. propoſitas & delineatas. Item alijs Cirros Polyphi, vt vna ſemine, Alij Vbellam, vt quæ Vmbellifera ſunt. Alij Laternam vt Ari, Ariſari cū Candela inæterna. Alij Vterum cum foetu, vt Ari ventrioſa ima pari, fructum conſtituens adhuc imperfectum. Alij Columnâ, Flagella, Clauos eodem flore, vt Granadilla Mexicana, quæ ſlos paſſionis dicitur. Alij Flagella, vt Amarantibiſ ſpecies ſpicatis paniculoſis floribus, à Lobelio propoſita. Alij Flabellum, quæ ſemine vtrantur, effigies Amarantibiſ ſcilicet ſpecies latis floribus, reticulatis Lobelio, veluti in Myrto, Myrtidanum. Alij Corniculos cū primùm erumpunt, vt Rapuntium corniculatum, à nobis deſcriptum, & Trachelium minus peregrinâ doctiſſis. Ioanne Pona Veronenſe in ſua Baldi montis deſcriptione, noſtro Rapuntio congener. Ille ſtorem hunc: ampullæ diſſillatariæ, Ciconiæ diſſa, vulgò Storta ſimilem fecit, & rectè cū primùm erumpunt, ſed poſtea quia ſpanduntur Cōi noſtratis, Conocchia vulgò diſſa, effigiem reſentare videntur, vt in iſſa ſibilia nos retulimus. Alij Cordis figuram ſloris folijs, vt Elychnis, Ocyroides. Alij Auripigmenti colorem & ſplendorem imitantur, & vim habent, vt Ranunculi lutei flores. Alij alias Imagines &c.

Differunt etiam, quæ alijs proliferent, vt Calendula, Scabiola, Lobelij & Bauhini, & Plantaginis Caroli Cluſij. Alij alijs inſidentes oriuntur, vt Primula Veris Anglica, Ranunculi ſpecies, & Taſula nigro purpurea ſloræ. Alij in ſpicam diſpoſiti ſtorent, vt Agrimonia, Plantaginis, Mercurialis ſemine, Oleæ, Hyacinthi aruenſis, & Frumentacearum. Alij in paniculata, vti in graminum ſpecies & Amarantibiſ. Alij ſinguli oriuntur inter folia, vt in Cucurbita, Nyſaro. Alij plures, vt in Aquifolio, Chamædaphne. Alij in ſummo tantum caulis, vt Tulipa, Primula veris thyſiſidis, Capacearum. Alij ſubeus folia, vt in Peptide, Eſepo, & Chamæſyce. Alij ex medio folio, vt Hippogloſſi, Ruſci, Lauri Alexandrina. Alij auersa parte folijs, vt Phyllinidis, Aſpleni, Filicis, & aliarum capillarum Plantarum.

Alij ſimul conferri & inordinatè, vt Chryſocoma, Sâbuci, Agerati. Alij ordinatè, vt Caryophylli.

Varias quoque effigies imitantur vt. Nola. Cyathorij.

Tubæ. Favorum.

Poculi.

Columbæ.

Auiculæ. Delphini. Elephatis.

Papilionis. Alaudæ.

Oris. Oculi. Stellæ. Solis. Lunæ. Arcus.

Hominiſ. Cercopitheci.

Apis. Culicis. Lacertæ.

Cimorij. Vbellæ. Veri.

Columbæ. Flagellorum. Flabelli.

Corniculorum.

Cordis. Auripigmenti.

Alia florâ diſcretia.